

hodie contrarium etiam probabile sit, 449. Incarceratus ad mortem ante sententiam valide testatur: imo etiam post illam, si ab ea appellavit, ib. Deportati et banniti a Cæsare testari nequeunt, ib. Bene tamen relegati et banniti ab imperio principe, ib. Rei criminis læse majestatis et proditores non possunt testari, 450. Idem est de hæreticis, ib. Excipe hæreticos in Germania, ib. Testari non possunt percutientes cardinalem, ib. Usurari manifesti, ib. Nisi ante mortem restituant vel cautionem præstent, ib. Item contrahentes incestuosum matrimonium, 451. Prodigii, ib. Excommunicati tamen et infames testari possunt, ib. Ex natura inhabiles ad testandum etiam ad causas pias testari nequeunt, ib. De jure civili tantum inhabiles possunt testari ad causas pias de bonis, quorum dominum retinere, ib. Testamentum clericorum sacerdotalium, 452. Clerici testari possunt de bonis patrimonialibus, et quasi patrimonialibus seu industrialibus, ib. Ac parochialibus, 453. De bonis ecclesiasticis superfluis nec ad causam piam testari possunt de jure, ib. Bene tamen de consuetudine, ib. Ad causas profanas de bonis ecclesiasticis superfluis vi consuetudinis nec valide, nec licite testari possunt clericis sacerdotes, 454. Consuetudo ad causas profanas testandi cur taceretur, 458. Probabilis est, eam nullibi inveniri, ib. Hæredes profani nec ex testamento, nec ab intestato accipere vel retinere possunt bona ecclesiastica superflua, 459. Si sciunt, vel prudenter præsumere possunt, ea esse talia, ib. Secus si ignorant, ib. Doctrina practica ad hoc, ib.

Testamentum religiosorum, IV, 459. Religiosus nequit facere testamentum, ib. Neque cum causas pias, 460. Nec ad aliam ultimam voluntatem facere possunt religiosi, ib. Religiosi non professi seu novitiis testari possunt, ib. Non tenentur ad formam concilii Tridentini, ib. Testamentum ante professionem factum post professionem subsistit, 461. Testamentum præsertim reciprocum, seu mutuum conjugum, IV, 461. Testamentum reciprocum etiam a non conjugibus, ib. Conjuges in testamento reciproco possunt vel se invicem instituere hæredes, 562. Vel sibi invicem usumfructum relinquere, ib. Debent tamen prolibus relinquere legitimam, ib. In ordine ad quam, quomodo utiliter clausulare possint testamentum conjuges, demonstratur practica, ib. Testamentum reciprocum inter conjuges condendi modus et formulæ, 463. Dispositio de usufructu omnium honorum quomodo intelligenda, IV, 464. Non comprehendit legitimam, ib. Si unus conjux alteri relinquit usumfructum omnium honorum, quomodo interpretanda dispositio, ib. Testamentum reciprocum a quovis conjuge pro parte sua libere revocari potest, etiam inscio ac invito altero, 466. Si una pars clandestine revocat, censetur etiam plerumque ab altera tacite revocatum testamentum, ib. Varii modi, ac instructio

practica faciendi testamenta conjugum tam reciproca, quam alia, 468. Testamenta ab amente, impubere, etc., factum, non convalescit, si postea fiat rationis compos, aut pubescat, VII, 52. Testamentum impugnans ut inofficium, aut falsum, nihil percipit ex illo, 92. Secus si impugnat ut minus solemnne, ib. Testamentum rite confectum, non revocatur per aliud imperfectum, 121. Testamentum minus solemnne ad pias causas validum, facit etiam valere legata profana, 101.

Testamenti solemnis nuncupativi solemnitates et requisita de jure civili, IV, 391. Requiruntur ad hoc septem testes idonei, ib. Et ad id rogati, 392. Coram quibus testator voluntatem suam palam pronuntiet, ib. Quacumque dein formula, Nec refert, an per se, vel per alium, ore tenus, vel in scriptis voluntatem suam manifestet, ib. Dummodo testes moneat, quod velit testari solummodo nuncupative, 393. Brevis instructio de faciendo testamento nuncupativo, ib. Notarius ad illud necessarius non est, bene tamen valde utilis, ib. Testamentum nuncupativum cum relatione ad schedam vel scripturam, an valeat, ib. Valet testamentum nuncupativum, etsi nomen hæredis non exprimatur, 394. Dummodo alio indubitate signo, dígito, v. g. præsens demonstretur, ib. Testamentum scriptum cum relatione ad codicillum valet, 395. Testamentum ad interrogationem alterius variis modis fieri potest, ib. An, et quando testamentum ad interrogationem alterius factum, valeat, ib. Doctrina practica ad propositionem, 397. Testamentum in ratione scripti invalidum, valet in vim nuncupativi, ib. Testamentum invalidum non valet in vim codicilli, nisi clausula codicillaris expresse apposita sit, 398. Testamentum scriptum ex defectu solemnitatis invalidum, nec in vim nuncupativi valet, neque hujus solemnitates habet, 399. Testamentum ad interrogationem alterius, an, et quomodo fieri possit, ac valeat, 395. Testamenti solemnitas qualiter necessaria in foro externo, 399. Solemnitates in foro externo sunt de substantia testamenti, ib. Doctrina practica, 400. Testamentum defectu solemnitatis nullum, valet quoad legata, si hæres ab intestato fatetur, seipsum audivisse defuncti voluntatem, ib. Si negat, se aliquid a testatore audivisse, potest ei offerri juramentum, 401. Si hæres ab intestato non interfuit ultimæ voluntati, tunc corrente testamento corrunt etiam legata, ib. Testamentum minus solemnne valet etiam in foro externo, casu quo hæres ab intestato ipse percipit, et fatetur defuncti voluntatem, 402. Leges solemnitatem præscribentes fundantur in presumptione fraudis, 402. Hinc non se extendunt ad testamentum confessatum a parte adversa, 403. Neganti hæredi ab intestato, se interfuisse testamento, potest offerri juramentum, ib.

Testamenti solemnitas quomodo necessaria foro interno, 404. Enarrantur doctores docentes solemnitates pro foro interno esse necessarias, ib.

Probatio eorum, ib. Doctores, et fundamenta docentium solemnitates testamenti etiam in foro interno esse necessarias, ib. Allegatur sententia media, 403. Statuitur auctor, videlicet, quod in casu, quo ipse hæres ab intestato interfuit testamento, defunctique voluntatem percepit, valeat in foro interno, testamentum solemnitate carens, ib. Etsi id neget, dummodo revera interfuerit, et audiverit voluntatem defuncti, ib. Valet in foro interno tam quoad legata, quam quoad hæreditatem, 403, 406. Hanc potest tam hæres institutus, legatarii tuta conscientia relictam in testamento hæreditatem, vel legata accipere, vel minere, ib. Teneturque hæres ab intestato ea illa restituere, ib. Quod si non faciat, possunt hæres, et legatarii scripti uti occulta compensatione, vel agere contra eum, ib. Testamentum solemnitate carens, cui hæres ab intestato non interfuit, valet in foro interno, nisi hæres ab intestato excipiat, ib. Parit obligationem naturali testamentum solemnitate carens, 407. Probatur per extensem, quod testamentum solemnitate carens valeat in foro interno, ib. Testamentum solemnitate carens, post judicis sententiam, nec in foro conscientiae amplius valet, 402. Corollarium et doctrina practica, 412. Testamenti solemnitas de jure canonico requisita, ib. Testamenti desitutio quid, et quomodo fiat, IV, 535. Testamenti irritatio quid, et quomodo fiat, ib. Testamenti revocatio et mutatio. Vide Revocatio testamenti. Testamenti ruptio quid, et quomodo fiat, IV, 535. Testamenti causa est favorabilis actori, VII, 40. Testamento invalido legata pia valet, ib.

TESTIFICARI contra matrimonium possunt, qui accusare illud valent, V, 499. Subinde potest quis esse simul accusator et testis, ib. A ferendo testimonio in causa matrimoniali quinam repelluntur, ib. Testificata didicita, quando dicuntur, ib, 53. Non censetur didicisse testificata cui testes revelarunt, quid dixerint, aut dicturi sint ib. Secus, quando judex prælegit partibus testimoniis depositiones, vel quis eas subtraxit, 54. Post didicita testificata nequit pars super eisdem articulis reproducere priores testes, nec alios producere, et car, ib. Etiam si didicisset testificata statim post primam, vel secundam productionem testium, ib. Demptis certis casibus, ib. In causa appellationis, an post didicita testificata possint priores, vel novi testes produci, ib.

TESTIS si quamdam falsitatem adjicit suo testimonio, an dictum ejus reprobetur in totum, I, 248. Testes ut probent consuetudinem quæ conjunctim deponere debeant, 290. Et eius aetatis esse debeant, quando deponunt de consuetudine immemorali, ib. Testizii depositio camdem vim probandi obtinet, ac fides instrumentorum, 539. Testibus potest probari metus; et qualiter, II, 128. Magis est credendum duobus testibus de metu attestantibus una cum existente conjectura, quam mille negantibus, ib. Testes debent red-

dere rationem dicti sui, ib. Testis idoneus, quis, II, 547. Vocatur etiam *Testis legitimus*, et testis integer, ib. Omnes censentur testes idonei, nisi expresse per leges reprobentur, ib. Testis idoneus, an sit idem, ac testis omni exceptione major, ib. Testis criminosus, an, et quando, sit repellendus a ferendo testimonio, II, 556. Præsertim in causis criminalibus criminaliter motis, 557. In his requiruntur testes carentes omni suspicione, et macula, ib. Cur judex criminosus non infamis, nequeat per exceptionem partis repelli a judicando; bene tamen testis criminosus a testificando, ib. Ad repellendum testem criminosum non sufficit objicere crimen in genere, 558. Vide supra *Criminosus*.

Testis an quis esse possit in causa propria, seu ex qua commodum suum dependet, III, 6. Regula est, *Nullus idoneus testis in re sua intelligitur*, ib. Testis debet carere omni suspicione falsitatis, ib. Testis in propria causa non est idoneus, etiam si deponat in mortis articulo, ib. Aut in ultima voluntate debitam sibi pecuniam significaverit, ib. Testis etiam ille est inidoneus, qui habet interesse in causa, ib. Advocatus, procurator, etc., nequit esse testis in causa, qui patrocinium gessit, III, 7. Neque illi, qui habent simile negotium huic, ad quod testes inducuntur, ib. Ad faciendam videlicet plenam probationem: secus, ad aliquam præsumptionem, ib. Regula illa limitatur, si testis cum juramento protestatur, se nolle commodum sentire ex sua depositione, etc., ib. Et in testibus multorum legalibus, ib. Ac in causis modici emolumenti, ib. Et ubi testis depositus de facto proprio, ad utilitatem aliorum tantum, 8. Item in instrumentis, etc., ib. Testis unus, quantumvis legitimus, regulariter non probat, neque sufficit ad decisionem causarum, III, 17. In quacumque dignitate is sit constitutus, 18. Idque procedit etiam de jure divino, ib. Testimonium unius non caret omni effectu, ib. Quia inducit præsumptionem, ib. Et facit indicium sufficiens ad inquirendum, et citandum, et ad torturam, ib. Testis unus legitimus facit semiplenam probationem, ib. An in nullo prorsus casu sufficiat testimonium unius ad plenam probationem, seu terminationem causarum, ib. Papa ex certis casibus potest statuere, ut credatur uni testi, 19. An hoc ipsum possint statuere alii principes, superiore non recognoscentes, III, 19. Et quid de consuetudine particuli locorum, ib. Testi uni plene creditur, quando non agitur de alterius præjudicio, ib. Puta, quod aliquis sit baptizatus, ordinatus, ecclesia consecrata, etc., ib. Dummodo probatio, v. g. clericatus, nemini præjudicet, alias secus, ib. Testis unus sufficiens probat, quod moriturus decesserit signa penitentiae, sicut possit absolviri, 20. Sufficit etiam testis unus, quando agitur de impediendo peccato, etc., ib. Ac in denuntiatione inhabilitatis ad ordines, vel beneficium oblinendum: secus, si beneficium cuiusdam fuisse

collatum, *ib.* Creditur dicto unius testis de consensu partium, *ib.* Aut quando testator ita præcepit, *ib.* Item ad probandam innocentiam inquisiti, denuntiati, etc., quod limitatur, *ib.* Idem dicendum in causis, in quibus nullo modo, aut difficulter plures testes haberi possunt, 21. Sic creditur dicto interpretis, *ib.* Et quando agitur de indicis, seu declaratione mentis disponentis, *ib.* Testis unus, attestans in individuo de mente alterius, facit indicium, *ib.* Testis unus probat concurrente simul fama, arbitrio tamen judicis, *ib.* Vel quando accedit juramentum suppletorium personæ principalis, aut concurrunt alia adminicula, *ib.* Officialis jurati testimonio creditur in his, quæ pertinent ad suum officium, *ib.* Idque exemplificatur in nuntio publico, *ib.* Ponderatore publico, 22. Medico, architecto, agrimensor, et similibus, *ib.* Statur notarii publici testimonio de gestis a seipso, *ib.* Testis unus sufficit in probanda verisimili causa ignorantiae, *ib.* Testimonio solius Papæ creditur, quando deponit de facto proprio, *ib.* Idem dicendum de imperatore, et rege, *ib.* Cardinali assenti, se esse legatum Papæ, creditur, *ib.* Testis unicus sufficit in causis levioribus, *ib.* Sicut et ad leviores penas delinquentibus imponendas; idque exemplificatur, 23.

Testis contrarius, quis, III, 29. Testis varius, seu varians, quis, *ib.* Et quomodo differat a contrario, *ib.* Testis vacillans, quis, *ib.* Si deponat vere debitando, fidem non meretur, *ib.* Et quid, si deponat titubando, timendo, sudando, *ib.* Judex debet vacillationem testis, et causam ipsius, in actis ponere, *ib.* Et ad apprehendendam ejusmodi contrarietatem, varietatem, et vacillationem, testes personaliter evocare, 30. Si testes videantur inter se contrarii, tunc pro possibili debet judex eorum dicta interpretari, ut non contradicant, etc., *ib.* Testium dicta benigne sunt interpretanda, ne perjurii reatu notentur, *ib.* Testes duo ex una parte producti, et sibi manifeste contradicentes, nihil probant; sed si multi fuerint, valet testimonium plurium concordantium, etsi debilitetur, *ib.* Quid agendum si duo contestes allegent tertium, qui negat se interfuisse, aut aliquid scire, *ib.* Magis credendum est duobus testibus affirmantibus, quam centum negantibus: idque declarantur, *ib.* Testibus ex utraque parte productis, et manifeste contrariis, qui sint præferendi, 31. Testis sibi ipsi contrarius, nihil probat, III, 31. Nisi forsitan incontingent correxit prius dictum: nam tunc statur posteriori dicto, *ib.* Testis in judicio contraria deponens est competenter puniendus et qualiter, *ib.* Nisi per errorem, seu ignorantiam id accidit, 32. Et quid, si unum dixit in judicio, et aliud extra judicium, *ib.* Quando testis in diversis judiciis, vel diversis instantiis ejusdem judicij contraria deponit, statur primæ ejus depositioni iurata, *ib.* Nisi ex intervallo dictum suum corrigit, allegando errorem facti, eumque probando,

*ib.* Aut nisi posterius dictum judiciale testis illius sit magis verisimile, vel adminiculatum aliis conjecturis, *ib.* Fallit etiam in causa heresis, 33. Et quando testis depositus primum dictum sine juramento, et posterius contrarium cum juramento, *ib.* Si testis sub juramento depositus unum in judicio, et contrarium ejus dicat extra judicium, standum est dicto judiciali, nisi contrarium aliunde probetur, *ib.* Solvuntur notabilis objections contra hoc, *ib.* Prima testis depositio jurata judicialis, debilitatur per secundam judiciale contrariam, arbitrio judicis, 34. Idemque dicendum, quando testis extra judicium, responderit contraria dictis in judicio, *ib.* Inter testes inter se contrarios, et instrumenta contraria, est disparitas, 185.

Testis antequam deponat debet jurare; aliqui non probat, III, 55. Quinque capitula secundum Glossam sunt juranda per testes; nempe, quod dicent totam veritatem, *ib.* Nullam interserendo falsitatem, 56. Et quod dicent veritatem pro utraque parte, *ib.* Et quidem omnem veritatem, sive interrogati, sive non, *ib.* Et quod non pretio, nec amore, nec timore, etc., testimonium ferant, *ib.* Alii sexto requirunt, quod testes jurent, secreto tenere dictum suum, *ib.* Dantur nihilominus aliqui casus, in quibus probant testes non jurati, *ib.* Ut, quando judex super notorio recipit informationes, *ib.* Item in probatione consuetudinis populi, *ib.* Et generaliter, quando testes recipiuntur pro informatione solius judicis, *ib.* Unde executor litterarum apostolicarum cum clausula, *Si idoneum eum inveneris*, potest recipere informationes a testibus non juratis, 57. De consuetudine multis in provinciis personæ illustres sine juramento testificantur, etc., *ib.* Consuetudo illa non valet, qua generaliter omnibus testibus creditur sine juramento, *ib.* Testes sine juramento recepti, licet non probent, ne quidem semiplene, faciunt tamen præsumptionem, *ib.* Non testimonis, sed testibus judicandum est, *ib.* Testibus, an, et quando possit remitti juramentum, *ib.* Qua forma juramentum testium sit præstandum, 59. Spectato rigore juris, qui non habet manus, nequit testimonium judiciale dicere, *ib.* Episcopus receptus in testem, qualiter juret, *ib.* Testes prius debent jurare, quam deponere; alias non valet testimonium, *ib.* Testis debet jurare præsente adversario, 60. Vide supra *Juramentum testium*. Testis unus quando sufficiat ad dissolvenda sponsalia, V, 376. Testis depositio dubia contra producentem, est interpretanda, VII, 183. Testis infamis, quis, II, 551. Infames, quinam censeantur, 552 et 553. An, et quando infames repelluntur a ferendo testimonio, 553. Infames infamia juris non admittuntur ad testificandum, tam in causis criminalibus, quam civilibus, *ib.* Possuntque ex officio judicis, etiam parte non opponente, repellere ferendo testimonio, 554. Etiamsi sint de criminis emendati, *ib.* Infamia repellens quempiam

a testificando, pro quo tempore attendi debeat, *ib.* Infames infamia facti an, et quando excludantur a ferendo testimonio, 555. *Testes lite non contestata non debere recipi*, est regula, II, 285. In certis tamen casibus possunt testes ante item contestatam recipi, 286. Et que generatim ad hoc requirantur, *ib.* Possunt testes recipi ante item contestatam in judiciis summaris, *ib.* Item si adsit periculum, ne testimonii facultas pereat: ut si timeatur de testium morte, vel absentia diurna, *ib.* Tale periculum judicis arbitrio relinquitur decernendum, *ib.* Quid de senibus septuagenariis, *ib.* Ac de illis, qui sunt quinquaginta quinque annorum, *ib.* Aut vexantur infirmatibus, *ib.* Etiam ob alias consimiles causas possunt testes recipi, lite non contestata, 287. Ut si timendum sit, ne ob moram longiorem testes obliviscantur rerum gestarum, *ib.* Testibus sic recipiis ante item contestatam, tenetur actor intra annum convenire adversarium, aut talem receptionem testium denuntiare, *ib.* Alioquin attestations testium sunt invalidæ; et quomodo, *ib.* Possunt testes recipi ante item contestatam in casu contumaciae rei, estque periculum in re, *ib.* Quid si ipsem actorem contumaciter re absentet, 288. Item quando ad instantiam partis sit recepicio testium ad perpetuam rei memoriam, II, 288. Et quando agitur per viam inquisitionis super aliquibus excessibus, *ib.* In causis criminalibus criminaliter intentatis, nunquam recipiuntur testes ante item contestatam pro instituenda futura accusatione, 289. Secus quando agitur de crimen solum civiliter, *ib.* Testes affirmative deponentes, præferuntur aliis negative deponentibus, II, 371. Probatio illa censetur melior, quæ fit per testes plures, simulque honestiores, ac magis verisimilia deponentes, 370. Et qui meliore rationem scientie assignant, 371. Et quorum dicta consonant juri communi, *ib.* Si per testes probatur aliud, quam est deductum in judicium, non valet eorum dictum, 518. Unius testis depositio probat quando non nisi nocet, et alteri prodest, 523. Ex probationibus per testes, quae censeatur melior, 529. Probatio per duos testes, præfertur communione opinioni viciniæ, ae uni testi cum fama, 527. Probationes ex testium depositionibus recipi non possunt nisi citato, et præsente, si voluerit, adversario, 532. Testes producere post publicationem attestationum regulariter non licet, II, 538. Saltem super eisdem articulis, vel directe contrariis: alias secus, *ib.* Possunt tamen tunc nova instrumenta produci, 539. Disparitas inter productionem testium, et instrumentorum, *ib.* Dantur complures casus in quibus post publicationem attestationum possunt super iisdem articulis testes produci duodecim enumerantur, *ib.* Testes de novo reperti, possunt produci post conclusionem in causa, 541. Testes et attestations quid, II, 546. Ex parte testium, quid generatim requiratur, *ib.* Testes non sunt examinati, nisi jejuni de honestate, *ib.* In testibus sex sunt consideranda; nempe conditio, sexus, vita, *ib.* Item etas, dignitas et fortuna, 547. Testes minus idonei, qui, II, 547. Vocantur etiam testes inhabiles, *ib.* Testes reprobantur vel ex virtute personæ, vel ex dictis suis, *ib.* Exceptiones contra testes, quotuplicis generis sint; et quando proponendæ, 548. Vitium personæ in testibus oritur vel ex natura rei, vel ex juris dispositione, *ib.* Eorum qui ex juris dispositione sunt testes minus idonei, diversa sunt genera et quæ, *ib.* Inabilitates testium aliae possunt per partes remitti, aliae non: et ipsarum exempla, *ib.* Judex tenetur inquirere de conditione testium, 549. Potestque ex officio repellere testem, quem novit inhabilem inabilitatem per partes non remissibili, *ib.* Alias inhabilem nequit repellere nisi ad instantiam partis; et cur, *ib.* Testis a judice interrogatus, an sit criminosa, vel aliunde inhabilis ad testificandum, an teneatur respondere, *ib.* Tenetur testis respondere de illis, quæ ipsum reddunt inhabilem ad testificandum, simulque crimen ipsius non detegunt, II, 550. Alias secus, *ib.* Si tamen respondeat de concernientibus suam turpitudinem, creditur ipsi, 551. Et quid, si hanc quis confiteatur, ne cogatur ferre testimonium, *ib.* Testes inhabiles quandoque admittuntur, non quantum ad probationem; sed quantum ad presumptionem faciendam, 560. Testes in judicio, an possint esse servi, II, 558. Saltem adscripti, et originarii, 559. Testes an possint esse pupilli, et impuberis, *ib.* Vide supra *Servi*, et *Pupilli*, et *Impuberis*. Pubes minor tamen viginti annis, non potest esse testis in causis criminalibus, bene tamen in civilibus, 560. Pubes major viginti annis, non repellitur a testimonio, etiam in causis criminalibus, 561. Vide supra *Pubes*. Mulier, an possit esse testis, necne, *ib.* Vide supra *Mulier*. Pauperes, vilesque personæ, an repelluntur a testimonio in judicio ferendo, 562. Vide supra *Pauper*. Testes, an possint esse parentes pro filiis; et e contra, 565. Testes utrum possint esse conjuges, consanguinei, et affines ad invicem, 566. Testes idonei, an sint domestici, necne, 568. Vide supra *Domicii*. Testis inimicus, an et quando sit repellendus, 570. Vide supra *Inimicus*. Testes in judicio an possint esse parentes adversus liberos suos; et e contra, 571. Vide supra *Parentes*. Testes an, et quando possint esse laici adversus clericos, III, 1. Vide supra *Laici*. Testes adversus laicos, an, et quando possint esse clerici, 2. Testes in instrumentis sæcularium non possunt esse clerici, can. *Quamquam*. Et quomodo istud intelligendum, 5. Testis magis idoneus est clericus, quam laicus; saltem regulariter, *ib.* Vide supra *Clerici an sint amittendi*.

Testes in causa propriæ ecclesiæ, an possint esse clerici, vel prælatus ejusdem ecclesiæ, III, 8. Vide supra *Clerici an possint*, etc. Testes in causa universitatis, v.g. civitatis, oppidi, etc., an possint